

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLIS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0060

Sabato 03.02.2007

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DELLA XV GIORNATA MONDIALE DEL MALATO (SEOUL, COREA, 11 FEBBRAIO 2007)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DELLA XV GIORNATA MONDIALE DEL MALATO (SEOUL, COREA, 11 FEBBRAIO 2007)

In data 23 dicembre 2006, il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato l'Em.mo Card. Javier Lozano Barragán, Presidente del Pontificio Consiglio per la Pastorale della Salute, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni della XV Giornata Mondiale del Malato, che avranno luogo a Seoul (Corea) l'11 febbraio 2007.

La Missione che accompagnerà l'Em.mo Card. Javier Lozano Barragán è composta da:

- Rev.do Sacerdote Kyung Sang Paul Lee, Segretario Generale per l'Educazione Cattolica nell'Arcidiocesi di Seoul;
- Rev.do Sacerdote Young Man Steven Han, Direttore amministrativo della Conferenza Episcopale di Corea.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro
XAVERIO S. R. E. CARDINALI LOZANO BARRAGÁN
Pontificii Consilii pro Valetudinis Administris Praesidi

Decem iam continuos annos tumet ipse, Venerabilis Frater Noster, pastoralem curationem geris passim Valetudinis Administrorum atque Administrarum, quo nempe eodem tempore curam testificaris ipsis pro hominibus infirmis sive aegrotantibus, perinde ac Iesus Christus in terris commorans peculiarem omnino commonstravit suam in languentes benevolentiam.

Huius autem cogitationis et observationis aegrotantium per terras participem se semper esse voluit Episcopus Romanus idque saepenumero ritibus ac precibus, salutationibus ac congressionibus manifesto suis confirmavit.

Excitat igitur paternum Nostrum animum studiumque pastorale ipsa conscientia: brevi esse futurum ut Seuli in Corea, die nempe undecimo mensis Februarii – B. Mariae Virginis de Lourdes in commemoratione - mundialis dies "pro infirmis" maiore quidem animorum intentione concelebratur, sicut variis in continentibus fieri quotannis adsolet.

Praesentes Nos scilicet et persona quadam Nostra et tota mentis adfectione videri ac sentiri ibidem cupimus, ne quid Nostris amoris aegris ipsis desit neve communitatis totius ecclesialis fraterna communicatio. Nemo ideo magis Nobis censetur idoneus Nostras ad partes inibi agendas, Nostram vocem repetendam, Nostros significandos sensus quam tu ipse, Venerabilis Frater Noster, Pontificum Maximorum hac in re sententiarum interpres. Quapropter hisce te Litteris Nostris fidenter destinamus ac creamus Nostrum Missum Extraordinarium mundialis ad diei Aegrotantium celebrationem die mensis Februarii huius anni undecimo apud Seulum in Corea.

Aderis itaque pro Nobis adstantesque adloqueris veluti vivis nostris sermonibus gestibus - cum illam pastorem Ecclesiae curam vehementer rursus inculcabis et ad iam laudabilium maxime operum perseverantiam adhortaberis, tum Apostolica Nostra Benedictione universos recreabis et consolaberis. Esto ideo comes in itinere tecum Misericorsissimus ipse Redemptor qui tum tempus tum verbum et actum consentaneum semper habebat hominibus infirmis debilibus aegris.

Ex Aedibus Vaticanis, die XII mensis Ianuarii, anno MMVII, Pontificatus Nostris altero.

BENEDICTUS PP. XVI

[00157-07.02] [Testo originale: Latino]
